Annulo interiori, per axem tranſeunti:

Motus annuus Nodorum ac limitum ♄ *S.S.S*

′	″	‴	IV	V	VI
1.	11.	24.	15.	55.	51.

Interiori, Zodiaco parallelo:

Locus Nodorum ad Ann. Chr. 1680. complet.

°	′	″
20.	40.	0. ♋

In minori Lamella:

Latitudo maxima bor. vel auſtr. 3°. 5′.

Uſus hujus Inſtrumenti eſt, per illud omnia Phænomena facillimè, ipſiq; Cœlo congruentiſſimè ad oculum demonſtrare: Non ſolùm quod attinet Theoriam motûs Planetarum in longitudinem ac latitudinem, ſed & affectiones eorundem, ſtationes nempe, retrogradationes, Velocitates &c. Porro illuminationes corporum opacorum, per lumen vivum, ipſi Solari globulo deaurato inditum, ac proinde Eclipſes tam luminarium quàm circumjovialium, phaſes Lunæ, Veneris, Mercurii, Proportiones inſuper Orbium, præſertim interiorum, nec non corporum Planetariorum ad invicem: Inclinationes Axium & Polorum cujusvis Planetæ cum Epicyclis viâ Tychonicâ vel Ptolemaicâ demonſtrandi. Annuli Saturni, mundiq; Jovialis, inclinationes & id genus quàm plurima.

Sequuntur nunc Tituli variorum Problematum, ad uſum ſpectantium.

MEM-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG